

69

IN NOMINE JESU!
DISSERTATIO THEOLOGICA
DE QUÆSTIONE:
An homines Renati sint filii
Dei Naturales?
NUPER IN CONTROVERSIAM VO-
CATA IN LIVONIA.

QUAM
Divinâ adstante Gratiâ,
Factâ Communicatione cum Reverendâ Fac. Theolog.
Loco Disputationis Ordinariae, in Regia Academiâ
Aboënsi, proponit publicè examinandam.

ENEVALDUS SVENONIUS,
Q. G. A. S. S. Theol. Doct. Prof. primarius,
& hoc temp. Reg. Stip. Inspector.
RESPONDENTE

ENEVALDO WIDBECKIO, Smoland.
Philos. Candidat. & Stipend. Reg.

In auditorio superiori & maximo
Ad diem 23. Septemb. Anno Geozovias M. DC. LXXI.

A B O Æ,

Excudebat PETRUS HANSONIUS, Acad. Typog

**ILLUSTRIBUS ET GENEROSISSI-
MIS BARONIBUS.**

**DN. CAROLO Sparre/
DN. LAURENTIO Sparre/**

**PERILLUSTRIS AC EXCELLENTISSIMI
DOMINI,**

**DN. ERICII Sparres/ Lib. Baronis de
Grenberg/ DOMINI de Hoffrönö & Daderöön &c.
S. ræ R. æ M. tis. Regnique Sveo-Gothici Senatoris,
Regij in magno Ducatu Fenningia Parlamenti Prä-
sidis, districtusq; Calmariensis & Gotlanden-
sis judicis provincialis, dilectissimis.**

**FILII,
Dominis gratosissimis:**

NEC NON

**VIRIS de publicâ re egregiè meritis,
Consultissimis, prudentissimis, speciosissimis ac solerissimis.
Civitatis Celeberrimæ Aboënsis Consulibus,**

& Secretario;

DN. LAURENTIO BROCHIO,

DN. JOHANNI Scheffer/

DN. SUENONI RYDENIO,

DN. CAROLO BROCHIO,

Benefactoribus & Favitoribus propensissimis,

**Disputationem hanc Theol. dicatam & oblatam amat
Demissè & officiose.**

RESPOND.

Ad quæstionem Propositam:
 An Renati homines, sensu S. Scri-
 pturæ, rectè sint & denominen-
 tur Filij Dei Naturales? Simplex
 Responsio, 4. conclusionibus
 Theologicis expedita.

I.



Ox Filij Dei sq; mo-
 dis usurpatur in Scripturis a. pro
 creaturis præstantissimis, utpote
 creatis Angelis, Job. i: 6. c. 38: 7. b.
 Pro Civibus veræ Ecclesiæ, Gen.
 6: 2. y. Pro Magistratibus, Psal. 82: 7. d. Pro homi-
 nibus credentibus, qui omnes sunt Filii Dei ado-
 ptivi, seu ratione $\tau\eta\varsigma \nu\theta\sigma\iota\alpha\varsigma$ in filios à Deo cooptati,
 Joh. i: 12. Gal. 3: 29. Jac. i: 18. qui etsi ex Deo dicun-
 tur geniti, i. Joh. 5: 1. Eorum tamen generatio est
 regeneratio spiritualis, quia regenerantur ex aquâ
 & Spiritu, Joh. 3: 5. Tit. 3: 5. Item è verbo Dei, tan-
 quam semine incorruptibili, i. Pet. 1: 23. Et quamvis

A 2

dicant-

dicantur divinæ consortes naturæ, 2. Pet. 1: 4. non
tamen vel per essentiale justitiae Dei in creden-
tes transfusionem, vel ipsius divinæ essentiæ com-
municationem; sed quomodo se scriptura explicat
ipsa, per Fidem in Christum; dedit enim is pote-
statem Filios Dei fieri, his qui credunt in Nomen
ejus, Joh. 1:12. Rom. 8:16. 17. cum quo, ceu corpus
cum capite, mysticè unimur Eph. 5:30. Ejus & Spi-
ritus S. gratioſā inhabitatione fruimur, Eph. 3: 17,
1. Cor. 3: 16. c. 6: 17. 19. ad Dei imaginem per rege-
nerationem restauramur, Eph. 4: 23. Col 3: 10. in S.
cenâ de corpore & sanguine Christi participamus,
1. Cor. 10:16. 17. quæ filatio ut gratioſa, ita fatis glori-
oſa est, & usurpatur hæc vox & quidem frequen-
tissimè de Christo, modo sapientibus hujus mundi
planè inauditò & maximè sublimi, qui nulli crea-
turæ, ne angelis quidem competere potest, Heb.
1: 4. 5. hoc est, pro *Naturali* & *Substantiali* seu *Essen-
tiali* Dei Filio, qui ab Essentiâ patris inde àtempori-
bus æternis, seu ante secula genitus est: est enim
monogenijs, soli & unigenitus Dei patris Filius, Joh. 1:14. 18.
cōf. Col. 1:15. *Est id* & seu proprius Dei Filius, Rom.
8:32. qui *id est* proprium patrem, Deum habet,
Joh. 5: 18. *Estq;* splendor gloriæ & expresa imago,
seu character substantiæ patris Heb. 1:3. Unde No-
men Filii Dei, quod notat communicationem es-
sentia-

sentiæ patris, πρωτος, καὶ ἀνὴρ τὸν αὐτὸν, primō, per se
& essentialiter competit Christo juxta divinam Na-
turam adeò, ut qui hâc ratione est Filius Dei, sit
etiam revera ipse Deus, ut ritè probavit B Atha-
nasius in Orationibus contra Arianos. item Epist.
de Synod. Arimini & Selevsiæ. Quocirca disputa-
mus contra *Socinianos*, Christum non esse Filium
Dei adoptivum: nam si juxta scripturam eo
sensu dicitur Filius Dei, quo homines Christia-
ni, utiq; plures eodem sensu erunt Filii Dei, quo
Christus est Filius Dei, adeoq; Christus solus non
esset proprius & unigenitus Filius Dei, quod est
~~αὐτῆς εχεῖ~~. Porrò, docemus contra eosdem, Chri-
stum Filium Dei dici, non ob similitudinem cum
Deo, amorem Dei, conceptionem ē Sp. S. sanctifi-
cationem, missionem, resurrectionem, exaltatio-
nem, aut ob ulla hujusmodi causas alias, quas præ-
tendunt Neophotiniani; sed ob unicam generatio-
nem æternam, dicimus & asleveramus constantēr,
solum Christum esse Filium Dei naturalem. Et enim

II.

Vocabulum *Naturale* (sequestrato jam significatu
stricto de eo omni quod constat principiis physicis)
usurpatur i. Pro *Essentiali*, simul & Reali, ut Filius is
rectè dicatur *Naturalis*, cum quo Pater communicat
eandem essentiam, & qui verus Filius est: sic Chri-

stus est ὁμοίως patri secundum divinitatem, Symb.
Nic. verè Filius Dei etiam secundum humanita-
tem, Matth. 27:54. 2. Pro Connato, sic lex dicitur Natu-
ralis, Rom. 2:14. Et nos naturā Filij iræ, Eph. 2:3. 3.
Prout opponitur externo seu *adscitio*, sic Judæi di-
cuntur Rami Naturales, Rom. 11: 21. Sic vis ver-
bi Dei ad convertendum & salvandum homines est
insita & naturalis, Jac. 1: 21. est n. vivum Verbum,
Heb. 4:12. 1. Pet. 1. 23. 4. Prout opponitur *Filio* & *artificiali*,
ut Samuel, repræsentat⁹ Regi à pythonissâ, non erat
Naturalis. Sam. 28:14. 5. Prout opponitur *violentio vel*
coactio, sic Jacobi amor erga Rachelem erat natu-
ralis Gen. 29. 6. prout opponitur *Extraordinario*
& *Miraculoſo*; sic descentus ferri erat naturalis,
ascensus vero non item, sed miraculosus, 2. Reg. 6:6.
Quicquid jam sit de trib. posterioribus; Renati non
sunt *Naturales* Dei Filii modis prioribus, excepto,
quod non sint spurii, sed veri, reales adoptivi, quorū
primus nunc maximè in controversiam venit, quo-
modo rectè solus Christus dicitur esse Filius *Dei*
Naturalis, ut supra conclusum, idq; περτως secundum
naturam divinam. III.

Dum verò quæritur ulterius, Anne Christus quoq;
juxta primum modum, possit jure appellari Filius
Dei Naturalis secundum Naturam humanam? Re-
spondetur 1. Appellatio Filii Dei δευτέρου καὶ κατ' ἄλλο, seu
quod

quod idem est, propter *πνεύμα τῆς ὑπουργίας*, Christo
juxta naturam humanam & quidem vere tribuitur,
Heb. i: 4.5. alias enim deterioris esset conditionis ac
nos, qui passim in scripturis Filii Dei nominamur, ad-
eò ut æquipolleant hæ propositiones: Filius Ma-
riæ est Filius altissimi, Luc. 1. Et Christus homo, est
verus Deus adeoq; verus Dei Filius, non verbaliter, ut
Zwinglius cum Calvinianis per *ἀλογίων* volunt, sed
realiter & *ὑποτάλατως*. Zwingl. T. II. Lib. de Sacr. pag. 402. seqq.

Unde ab orthodoxâ Ecclesiâ in Synodo
Franckofurtanâ A. Ch. 794, justè damnatus est
Felix hereticus, quod Christum secundum hu-
manam naturam Filium Dei adoptivum esse con-
tenderet. Respondetur. 1. Si Christus secun-
dum humanitatem sit *verus Dei Filius*, aut erit
talis per essentiam: aut per adoptionem, aut
per modum singularem nulliq; alij creaturæ com-
municabilem. Atqui primo modo, Christo secun-
dum carnem Nomen Filiij Dei non covenire, inter
nos pariter & Calvinianos in confessio est. Non
etiam secundo modo, qui adoptionis est, quippe
tantum ijs in verbo destinatus, qui per aquam &
& Spiritum renascuntur, Joh. i: 12. c. 3:5. Rom 8:14.
Relinquitur ergo Christo secundum assumptam
humanitatem Nomen hoc *μονοτρόπως* & singularissi-
mo modo competere, nempe personali *κοινωνίᾳ*
ipsius

ipsius Filij Dei, qui se totum cum sua humanitate,
propriamq; ὑπέσασιν ἀδιαιρέτως Conf. B. Hutt. LL. CC. maj. p.
246. B. Dn. D. Gerh. T. I. L. de pers. Ch. p. 468. comunicavit.

I V.

Conclusum esto: Si solus Christus est Naturalis essentialis Dei Filius juxta divinitatem, idq; ἀσυγχύτως contra Arianos & Eutychianos. Verus etiam & naturalis realis Dei Filius secundum humanitatem per gratiam unionis personalis; Contra Nestorium à Cyrillo damnatum in Syn. Ephes. quod Mariam Negaverit fuisse θεοῦ κον; utiq; renati homines non sunt naturales Dei Filij. At verū prius, uti demonstratum. Ergo verum erit posterius. Et porrò: Nullus Filius adoptivus est naturalis: at Renatisunt Filij Dei adoptivi. Ergo Renati non sunt Filii Dei Naturales. Major constat ē naturā oppositionis reciprocæ, negationem includentis, quā rationes oppositæ se mutuò excludunt. Minor propositio jam posita extra controversiam est: Tantum.

S U P P L E M E N T U M

I. *An Pater cogitando genuerit Filium?* R. Phillipus in L. L. CC. affirmat. Nos Negamus dist.

II. *An Pater recte dicatur causa & principium Filij;*
Filius vero causatum & principiatum? R. Patres Græci affirmant. Negant rectius Latini.

III. *An Job. i: v. i. Intelligendum proponitur principium Evangelij;* an Creationis p. Neg. prius. Aff. post. Cont. Socin.
Δόξα Τῷ Θεῷ πάπω εἰς τὰς αἰώνας. Apñv.